

Amissio rerum r  
cum fonte primo

Stilbon,

capta patria, amissis liberis, amissa uxore,  
cum ex incendio publico solus et tamen beatus  
exiret, interroganti Demetrio

nunquid omnia perdidisset, respondit:

Nichil, inquit, perdididi.

Omnia mea mecum sunt:  
iusticia, uirtus, prudentia.

Nichil enim bonum putare potuit quod eripi posset.

Seneca IX. epistola.

Nihilominus cum sit amicorum amantissimus, cum  
illos sibi comparet, saepe praeferat, omne intra se  
bonum terminabit et dicet quod Stilbon ille dixit,  
Stilbon

quem Epicuri epistola insequitur. Hic enim  
capta patria, amissis liberis, amissa uxore,  
cum ex incendio publico solus et tamen beatus  
exiret, interroganti Demetrio,

cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit,  
num quid perdidisset, 'omnia' inquit  
'bona mea mecum sunt'. Ecce vir fortis ac  
strenuus! ipsam hostis sui victoriam vicit.

'Nihil' inquit 'perdididi':

dubitare illum coegit an vicisset.

'Omnia mea mecum sunt':

iustitia, virtus, prudentia,

hoc ipsum,

nihil bonum putare quod eripi possit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 9.18-19 (L. Reynolds ed., vol.1, p.21,  
ll.5-16).